

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Ad librum IV.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

v. 736. LEO) Adi Joh. Bapt. Pium., Annot. post. c. 102.

v. 738. CASTELLA) Justinian. lib. II. κατέλας τὰ φρέερα τῶν λατῖνων καλῶσι φωνῆ. Etymolog. φρέερον, ἰσχυρῶμα ἢ κάστρον. Vide Johan. Hering. de jure Burgorum in Mantissa c. 1. conclus. 6. n. 44.

v. 739. JUBA) Glos. χαίτη, seta, juba. Lucan. lib. I. v. 209.

*Erexit q̄ jubam, & vasto grave murmur hiatus  
Infremuit.*

Seneca Oedipo v. 919.

*Qualis per arva Libycus insanit leo,  
Fulvam minaci fronte concutiens jubam.*

Lib. 3. v. 24.

v. 739. MANAT LUCTU) Manare, abundantiam rei denotat. Petronius: Gurgite sic plenò facies manavit. Statius 9. Theb. v. 528. Vulnera manant. Et 12. v. 109. Manant lacera ora eruentis unguibus. Et 3. v. 122. Ceu nulla prius tamenta, nec atrī manassent imbres. infra lib. 4. v. 307. Iam tempora manant. Seneca Troade v. 118. Fluit, & multo sanguine manat.

AD

## LIBRUM IV.

VERS. 5. SOLISq; ORIS) Lib. 3. v. 735. Solisq; negas decedere silvis.

v. 1: RERUM MIHI FIRMA POTESTAS)  
ἐπιπέσει δὲ ἰδοὺ πρὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ Διὸς, ἰδοὺ ἀπυπτοῦσι, ἰδοὺ ἀπελευθερωθῶσι, ἢ κεφαλῆ κατωδύσει: quod eleganter scribit Themistius Euphrades, orator mellitissimus, orat. 4. ubi Remus, at qui vitæ ista Fulgentii adducit de prædestinet. Ideo in Dei promissis nulla est falsitas, quia in faciendis nulla omnipotenti est difficultas. Quicquid autem vult, potest; qui, quantum vult, tantum potest.

I 4

v. 15

V.15. ARCANO REBOLENTEM NECTARE RO-  
REM) Virg. 5. Aeneid, circa finem.

V.16. ALTA QUIES) Lib. 5. v. 334. Dum premit alta  
quies. Ovid. 7. Metam. v. 185. Homines volucresq; ferusq;  
soluerat alta quies. Seneca Hippol. v. 99. altus sopor. Lu-  
cret. lib. 3. Gravi lethargo fertur in altum.

V.16. LIQUIDI SOMNI) Gyrald. hist. Deor. Syntag.  
9. p. 300. Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 191. Persio sat. 5. est  
irriguus; quia irrigat & humectat: in quò consentiunt  
medici omnes & philosophi. Lucret. lib. 4. Nunc quibus  
ille modis Somnus per membra quietam irriget. Virgil. 3.  
Aeneid v. Fessos sopor irrigat artus. Mar. Victor lib. 3.  
v. 394. Quorum de nocte silenti Corpora, consuctu dum  
jam languentia duro, Irrigat, & fessos dulcis sopor alligat  
artus. Homerus Odyl. 5. inducit Minervam Ulyssè  
Somnum infudisse:

— τῷ δ' ἄρ' Ἀθήνη

ἔπιον ἐπ' ὄμμασι χεῖρ', ἵνα μιν παύσῃ τεύχιστα  
δυσπνέου καμάτοιο. φίλα βλίφαρ' ἀμφικαλύψαι.

V.19. UT NULLA DEUM SUPERARE POTESTAS)  
Nam ratio Fatum vincere nulla potest. Ovid. 3. Trist.

V.24. CHARUM CAPUT) vide supra lib. 2. v. 404.  
infra v. 400. Delectum fugiens caput. lib. 8. v. 346. Cha-  
rum caput. Nazianz. in Athanas. ὦ φίλη καὶ ἱερὰ κεφα-  
λή Julian. in epist. νῦν δέ σοι, ὦ φίλη κεφαλή, δάσσο δίδω-  
μι. Themist. Euphrad. Orat. 4. μιὰρὰς ἐπιείνης καὶ κακο-  
δαίμωνος κεφαλῆς. Et Orat. 6. ἡ δ' αὖ κεφαλή, de Jove.

V.35. ET IN DURIS HAUT UNQUAM DEFICE)  
Lib. 4. v. 591. Ne desice, casus praedicti memor, atq; ani-  
mos accinge futuris. Lib. 7. v. 95. Nec cedere duris. Apol-  
lodorus rectè:

ἐδέποτ' ἀθυρεῖν τὴν κακῶς ἐβύπλοντα δέη,  
τὴν βελτίω δὲ μάλλον ἑσσοδοκῶν αἰεὶ.

Im Unglück hab etns Löwen Muth/  
Eraw Gott/ es wird wol werden gut.

v. 41. VACUŪS; ELUDITUR UMBRA) Nazianz.  
 φιλοπρωχίος : μάλλον ἐστὶ πτωχὸς ἢ πενήτης  
 ἢ ἐπιχίος. ὡς τῶν ὀλίγων ἢ χείρων, ἢ ἀπορῶν ἐπιχίος. Et  
 apud Philonem conqueritur Flaccus: ὡς τῶν ἐν οἰείεσι  
 φασίται ἰδὲν ὄνειδος ἄντις ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ὄχεται παρ  
 ἑαυτῶν ἀπορῶν. ἕως ἡμεῶν τὸ λαμπρὸν ἐκείνα, οἷς περὶ  
 λαμψοῦ, ἐστὶ δὲ ἡ βραχυπέτη καὶ ῥοπή. Prov. Que-  
 runtq; in Somnis videntur. Somnium. Rittershus. ad  
 Oppian. i. Hal. 36.

v. 44. CREPIDINE SAXI) Onomast. Crepido, κρη-  
 πιδωτή. Scholiast. Juvenal. Sat. 5. Crepido, capitur pro  
 loco excelsō, & summitate excelsi loci. Unde Seneca ad  
 Lucil. Itaq; caligabit, si vastam altitudinem in crepidine  
 cui constitutus despexerit. Statius i. Achill. v. 449.  
 — Longiq; crepidine dorsi Euboicum scandens Aulis  
 maris. Theb. 9. v. 492. Stabat graminea produēta crepi-  
 dine ripa fraximus.

v. 45. HALCYONIS) De Halcyonibus Plin. lib. 10.  
 c. 32. Arist. 5. animal. c. 8. & lib. 9. c. 14. Varro 6. de  
 LL. Isidor. Orig. 12. c. 7. Theocrit. idyll. 7. v. 57. Seneca  
 Agamem. v. 680. Lucian. ἑλκύνου. Saresber. lib. 2.  
 Policrat. c. 2. prov. Halcedonia sunt apud forum. Anthol.  
 i. c. 55.

v. 45. LAREM Q; ) V. N. ad Hilarii Genes. v. 96. Mox  
 v. 48. domum nominat nidum.

v. 48. ICTA FATISCIT AQUIS) Ovid. i. Trist. II.  
 Nec saxis icta fatiscit aquis.

v. 49. ET SE SUSTULIT ALIS) Aeneid. 5. v. 657.  
 Cum Dea se paribus per calum sustulit alas. Et 9. v. 14. Di-  
 xit, & in calum paribus se sustulit alas. Et 5. v. 361. Ipse  
 volans, tenues se sustulit alas in auras.

v. 51. EFFUSIS Q; GENAS LACRIMIS RIGAT) Se-  
 neca Troade v. 409. Effuso genas fletu rigatis. Et v. 964.  
 Rigat fletus genas. Et v. 978. Rigat ora sedus imber.  
 Medea v. 3. 8. Oculos fletu rigat, Et v. 930. Ora quid  
 lacri.

*lacrima rigant?* Thebaide v. 441. *Irrigat fletu genas.* Oedipo v. 955. *Ac rigat fletu genas.* Statius 2. Theb. v. 234. *Ora rigantur imbribus.*

v. 54. RELEGITQ; VIAS) Lib. 8. v. 121. *Egressi relegunt campos.* vide lib. 2. v. 451.

v. 55. QUAS APPARET IRAS) Lib. 3. v. 585. *Quid fruatur Alcides, rantaq; quid apparet irâ.*

v. 63. CAUCAS EOMQ; SENEM) 1. *Promethea.* infra lib. 5. v. 155. & seqq. Hygin. fab. 144. *Phornut. de nat. Deor. p. 159. Nat. Comes lib. 4. c. 6.*

v. 66. FURTUM IG NIS) Hesiod. 1. ἐργ. ἡγ. ἡμ. *Horat. 1. Carm. 2. Nonnus lib. 7. v. 59.*

v. 68. INTER PABULA DIRI VULTURIS) Nonnus lib. 2. v. 577. *Seneca Medea v. 708.*

v. 70. AMBUSTA PRUINIS) V. N. 3. *Trist. 4. v. 48. & Ind. Dracontii in Aduril.*

v. 81. HORTATIBUS IMPLET) Lib. 3. v. 549. *Simul Alcides horiatibus urget,*

v. 86. MISERÆ VITÆ) Homer. *Iliad. p.*

ἔ μὲν ᾧ πῖ πῦ ἐστὶν οἰζυρώτερον ἀνδρῶν πάντων. ἕσθ' αὖτε γαῖαν ἐπιπνέεις καὶ ἡγ' ἐγχεύ.

D. Bernhard. lib. de gratia & lib. arbit. *Omne, quod presentis vita est, occupat miseriam, vide prov. Optimum, non nasci.*

v. 80. QUO; SIMUL ADSUMTÂ PULSUS FIDE LUCTUS, ET IRÆ, ET LABOR) *Devi Mulices eleganter Cassiodorus 2. var. ep. 40. Hac cum de secreto Natura, tanquam sensuum regina, tropus suis ornata, processerit, relique cogitationes exiliunt; omniaq; facit ejici, ut ipsam solummodo delectet audiri. Tristitiam noxiam jucundat: tumidos furores tenuat: cruentam savitiam efficit blandam: excitat ignaviam, soporantemq; languorem: vigilantibus reddit saluberrimam quietem: viciatam turpamorem, ad honestum studium revertat castitatem: sanat mentis tardum; bonis cogitationibus semper adversum; perniciosam*

adit convertit ad auxiliatricem gratiam: Et, quod beatum  
genus curationis est, per dulcissimas voluptates expellit ani-  
mi passiones. Incorpoream animam corporaliter mulcet,  
& solo auditu, ad quod vult, deducit, &c. Vide ibidem  
plura: & quæ commentatur Rittershus. ad Malchum  
de vitâ Pythagoræ lit. ψ. 3. & seqq. Alex. ab Alex. lib.  
2. c. 25. Schönborn. 2. Polit. c. 28. Heider. Polit. c. 1. p.  
331. & seqq. & in Ethicis p. 473. & 701.

v. 92. SOL AURICOMUS CINGENTIBUS HORIS )  
Ita legit hæc Barthius argutissimus, lib. 26. c. 3. non,  
v. 92. *centibus*: ut & lib. 28. c. 18. & lib. 34. c. 14. *Aurico-*  
*mus Sol* dicitur, quod Comæ Solis sint ejus radii, luce  
omnem orbem perfundentes. II autem esse duodecim  
feruntur. Martianus Capella lib. 2.

*Solem te Latium vositat, quod solus honore*

*Posi patrem sis lucis apex, radiisq; sacratum*

*Bissen: perhibent caput aurea lumina ferre;*

*Quod eisdem menses, totidem quod conficis horas.*

Vide Carol. Paschal. lib. 9. Coron. c. 13. & 16. Hora au-  
tem Solis ornatrices & ministræ sunt, *δαίμονες* Hæloisæ,  
ut ait Nonnus lib. 2. v. 271. vel, ut lib. 12. v. 18. *δαίμονες*  
*ἡλιόθεν συνήλυδες ἀΐοντι δι' ἄστρων· υψιπέλοι λυκάεαντες* &  
*ἠελίοθεν*. Vide ibid. plura, & lib. XI. v. 485. Statius 3.  
Theb. v. 407.

*Solverat Hesperii de vexo margine ponti*

*Flagrantes Sol pronus equos, rutilamq; lavabat*

*Oceanum sub fonte comam, cui turba profundi*

*Nereos, Et rapidus accurrunt passibus Hora,*

*Frenaq; aurata textum sublimis corona*

*Deripiunt, &c.*

v. 93. BISSENO SIDERE TEXTAM LORICAM )  
*Zodiacum* intelligit, in quo duodecim signa figurantur,  
Lucanus lib. 7. nominat *signiferum Cyclum*. Proclus  
in Sphæra p. 245. b. Hygin. lib. 1. p. 56. b. & lib. 4. p. 99.  
b. Joh. Jovian. Pontan. lib. 2. Urania p. 46.

v.94. LORICAM INDUITUR) Virg. 7. Æn. v. 639.  
*Auroq; tricen Loricam induitur.*

v.95. ARCUM) Glos. Arcus, ἄρξ. Cl. Mar. Victor  
 lib.3. v. 54.

————— Et pulcrum circite summo  
 ARCVM componet mihi Solis imago recurvum,  
 Pingentem convexa poli, qui luce colores  
 Exhibeat varios, & in aëra dissipet imbres,  
 Ignis plus habeat rutilans, & jam minus imbris.

Confer Alcimum lib. 4. v. 627. Plin. lib. 2. c. 59. Sene-  
 cam t. Natur. quæst. c. 6. & Oedipo v. 315. Laërt. in vi-  
 ta Zenonis. Aristot. 3. meteor. c. 3. & 4. Apulei. de mun-  
 do. D. Augustin. T. 9. homil. 2. in Apocal. Johan. 2.  
 Perer. lib. 4. Comment. in Daniel. p. 229. Cæl. Rhodig.  
 lib. 22. c. 24.

v.96. CORNUA MONTIS) Celsissima montium  
 juga antiquitas cornuum nomine demonstravit. Ly-  
 cophron :

————— ἔστι Λαμπέτης  
 ἰστανόνος περὶ τῶν εἰς τὴν κέρασ  
 σκαληθῶν ἐνδουκετ.

Vbi Lampetes Hipponii montis asperum cornu in mare ven-  
 git. ὁ ψικέροντος πέτρων usurpavit Pindarus pro ἡψηλάσ  
 ἀκρωτήρια, altas summitates. Paschal. Coron. 10. c. 4.

Λ.97. CANDENTIBUS UNDIS) Lib. 3. v. 480.  
 Phœbus candentior.

v.102. NON FEDERA LEGUM ULLA COLUNT)  
 Eurip. in Cyclope.

v.106. TIBI PABULA ET DIRAS POLYPHEME  
 DAPES) Virg. 3. Æneid. Ovid 14. Metam. v. 167.

v. III. TORQUET AGENS) Lib 3. v. 40. Lenit a-  
 gens. lib 6. v. 591. reddit agens v. 230. profundens ingerit.  
 v 658. persequitur lustrans. lib 7. v. 151. credit agens. Sta-  
 tius 5. Theb. v. 422. lassat agens. Linacer hujusmodi  
 participialia refert ad Pleonasmum.

v.11. CÆSTIBUS) *Amycum*, cujus hinc mentio, castum lora invenisse narrat Cl. Alex. I. Strom. *Κενός τε ὁ Βεβρύκων βασιλῆος ἰούλιος πονηρὸς πᾶσι τῶν εὐρη-  
Cæstus*, à cædendo dictus, lorum erat ex corio bubulò, manibus implicitum; quò & ictum minus ipsi sentient, & adversarium gravius ferirent. Temporis autem luccessu loris coriorù infusæ sunt massæ plumbeæ, ferrò etiam additò. Unde moles eorum magna, & non nisi robustissimis teniata. Prolixè castum describit Ald. Manutius lib. I. de quæstis per epist. c. 3. vide supra lib. I. v. 420. infra v. 148. 160. 182. 208. 213. 249. 250. 297. 331. Castu valuit *Butes*, Amyci filius; & *Brx*, Virg. 5. *Æneid.* Confer Theocrit. in *Dioscuris*; Apollon. lib. 2. Statium Theb. 6. v. 726. & seqq de *Cananeo* & *Alcidamante*.

v. 114. GURGITE) *Gurges* pro mari, infra v. 334. sacro placati *gurgitis amne*. v. 582. *Cum rabidi fletierint in gurgite montes*. v. 754. *Tuas acies mediò de gurgite vidi*. Prudentius. in Romano v. 326. *Vim marini gurgitis*.

v. 117. EVOLVIT PECTORE QUÆSTUS) I. pro-  
fert, producit. Gifan. Ind. Lucret.

v. 121. FATA MANENT) V. N. ad Horat. Epod.  
16. v. 41.

v. 137. UMBRATAQ; ) I. tecta. Statius 4. Theb. v.  
749. *Nullaq; umbratam nube Syenem*. Et lib. 6. v. 554.  
*Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis*.

v. 138. PARRHASIO GALERO) Fulgent. mythol. i. p.  
132. b. *Galero cooperto capite pingitur Mercurius, quòd omne negotium sit semper absconsus*. Statius 4. Theb. v. 304.  
*Arcadii morem tenet ille galeri*. Et 7. v. 39. — *Nec Arcadii bene protegit umbra galeri*. Vide eundem lib. I. v. 303. & seqq.

v. 141. DUM DATUR) Lib. 2. v. 121. *Quà datur*.

v. 146. NON HIC ULLOS REVERENTIA RITUS  
PECTORA) Paulò ante v. 103.



v.149. VASTO QUI VERTICE NUBILA PULSET)  
Æneid.3. de Polyphemo v.619. — *Ipsè arduus, altaq;  
pulsat Sidera.* Et v.678. *Ætæos fratres, calo capita alta  
ferentes.* Usurpatur & proverbialiter, *Tangere vel pul-  
sare cælum vertice.* V.N. 2. Pont.2. v.10. & Barth. lib.  
19. c.14.

v.154. QUENAM TALEM VIDISSE VOI, UPTAS?)  
Theocrito in Dioscur. v.45. est δένος ιδέν. Mox. v.199.

v.162. DECUS ILLE) Lib.3. v.522. *Vndarum nemo-  
rumq; decus.* infra v.629. *Decus ò Borea!* vide lib.1. v.56.

v.163. ASPERNANDUS) παρηκῶς; ut lib.5. v.319.  
*experienda.* vide lib.2. v.389.

v.185. NEC NOMEN ERAT) Adi Juretum ad Sym-  
mach. lib.2. epist. 52.

v.190. SIDERE ORE) infra v.330. *sideream fron-  
tem,* dicit, Lib.5. v.366. *astroq; comantes Tyndaridas, &c.*  
Apollon. lib.2. v.40.

ὁ δ' ἐργονίω ἀπὸ λυτοῦ  
ἀστέρα Τυδάριδος ἕως κάκισις ἔασιν,  
ἐσπερίην Διὸς ἰκέτω, φασειτοίδης ἀμαρυγῆ,  
τοῖσ' ἐν Διὸς ἕσος.

Formæ entor pulcritudo sæpe sideri comparatur. vide  
infra lib.7 v.466.

v.191. QUI CUNQ; ES) Ita lib.5. v.387. *Duc precor ad  
vestri (quicunq; est) ora tyranni.* Videatur Brissonius de  
Form.

v.192. MODÒ SINT TIBI SANGUIS ET ARTUS)  
Mox v.200. *Mortalia nusquam signa manent.*

v.193. OMNIBUS IDEM ANIMUS) Similiter apud  
Statium 7. Theb. v.430.

*Tunc ferus Hippomedon magnò cum fragmine ripa  
Cunctantem dejecit equum. ducibusq; relictis  
Gurgite de medio franis suspensus & armis,  
Ite viri, clamat! sic vos in mania primus  
Ducere, sic clausus voceo perfringere Thebas.*

*Præcipitant cunctis fluvio, puduitq; secutos.  
Ac velist ignorum si quando armenta per amnem  
Pascor agit, stat triste pecus, procul altera tollis  
Omnibus, & latè medius timor: ast ubi duëror  
Taurus inrit, fecitq; vadum, tunc mollior unda,  
Tunc faciles saltus, visaq; accedere ripæ,*

Adi Gruterum parte 1. Discurs. ad Tacit. p. 120. & seqq.  
& Magirum in Polymnemonē tit. Dux belli n. 37.

v. 193. DECERNERE PUGNĀ) *Decernere vel Cernere bello aut pugna, est præliò dimicare, ac signis collatis concurrere.* Lucret. lib. 5. v. 395. *Magnis de rebus inter discernere certant.* Virg. 12. Æn. v. 282. *Sic omnes amor unus habet, discernere ferro.* infra lib. 5. v. 636. *Summis discernimus armis.* Lib. 8. v. 319. *Haut sinit extremā Mithras discernere pugna.* Græcis est *καίειν* vel *ἀφαικίειν* καὶ ἢ πόλεμον. Theocrit. Dioscur. v. 174. *ἀφαικίειν* ἔργῳ. Oppian. Hal. 5. v. 297. *εἰναλίσι ἀφαικίειν* ἔργῳ. Vide Nonium c. 4. Turneb. lib. 26. c. 32.

v. 200. INSTAR SCOPULI) Colossus comparat ibid. Theocritus v. 47. *σφυρήλατ' οἶα κολεώσις.* vide inibi 44. & v. 94. *Τίτω ἑναλίγῳ ἀνήρ.* Corippus lib. querent:

*Adstabant celsi pariter, pariterq; nitabant  
Extantes laevi humeris durisq; laertis,  
Cenifera veluti sacra inter flumina quercus.*

v. 204. PROTONAT IRĀ) infra v. 293. *Oebalides prima refugit dum deconat irā.* lib. 3. v. 167. *δατῶαδς* superne intonat. infra v. 413. *Intonat alto Insurgens calo quitor.*

v. 208. HIC MIHI LEX CÆSTUS) Supra v. 112.

v. 225. GELIDUS DEFIXIT CASTORAS ANGUIS)  
Statius 1. Achill. v. 358. *Figit gelidus Nereida pallor.* Lucan. lib. 7. *Stat corde gelato artonitus.* Vide supra lib. 3. v. 74.

v. 227. CAVEÆ) Scholiast. Juvenal. Sat. 14.

v. 228.

v. 232.

v. 232. VIXDUM ETIAM PRIMÆ SPARGENTEM  
SIGNA JUVENTÆ) Theocrit. Idyll. 15. v. 85. *πρῶτον*  
*ἔβλον δ' ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων.* Apollon. 2. v. 44. *ἐπὶ*  
*χρῶσινταυς ἰέλυσ ἀντίκων.* Vide infra lib. 7. v. 340.

v. 234. SANGUINEOSQ; ROTAT FURII ARDEN-  
TIBUS ORBES) Basil. M. homil. *ἐν λακίμοις* p. 213. *πῶς*  
*ἀχρημονέσ ὁ θυμῶδης; ἀποτίθεται τὸ χῆμα τὸ ἀνδράπινον,* *ἔ-*  
*πει οὐχ ἡμα μεταλαμβάνει.* &c. Coimt. Smyrn. lib. 3.

— *ἐν δὲ οἱ ὄσοιν*

*πῦρ ἄμοτον μάρμαρα.*

Vide lib. 2. v. 184.

v. 234. ORBES) *Orbes*, plurali numerō oculos no-  
tant. Lib. 3. v. 177. — *En frigidus orbes Purpureos*  
*jam somnus obit.* lib. 6. v. 246. *Lavum per luminis orbem*  
*Transigitur.* Galter. lib. 2. v. 325. *Pacifici Darius obli-*  
*quans luminis orbem.* Virg. 12. *Æn.* v. 670. *Ardentes ocu-*  
*lorum orbis ad mœnia torsit.*

v. 235. TYPHŌEUS) infra v. 555. lib. 2. v. 24. Nonnus  
lib. 2. Apollon. lib. 2. v. 1215. & 38. & 1214. vide supra  
lib. 2. v. 24.

v. 239. QUIS QUI ES) Briffon. de Form.

v. 244. HORRENDOSQ; TORIS) *Torus*, est toro.  
pars animalis, ut in humeris, brachio, pede. *Glos*  
*ἀλίνη.* Est & *σπῶννῆ*, lectus. vide de utraq; significa-  
tione, v. 486. 529. lib. 2. v. 202. 510. 342. 652. lib. 1. v. 292.  
lib. 3. v. 120. lib. 5. v. 244. 331. 444. lib. 6. v. 457.  
lib. 7. v. 521. 145. 210. 296. 320. 594. lib. 8. v. 7255. 260.

v. 249. CRUDIS DURATA VOLUMINA TAURIS)  
Statius lib. 6. Theb. v. 730. *Nigrantia plumbo tegmina*  
*cruda boum.*

v. 250. NEC PETE SORTIS OPERM) Adī Tiraq. T.  
1. de jure primig. c. 17. opin. 1. per torum.

v. 252. ARMIS INNECTERE PALMAS) *Palmæ* e-  
nim ipse involuebantur cæstu. Supra v. 165. *Atq; ego*  
*palmam Implicui.*

v. 253. **ODIA ASPERA SURGUNT**) Vide lib. 2. v. 167. De hac autem Amyci & Pollucis monomachia lege Theocritum Idyll. in *Dioscuros*.

v. 260. **MALÆÆ**) *Malæa* sive *Malæa* (utroque enim modo pronunciatur) à Maleo, rege Argivorum, sic dicta est, promontorium Laconicæ por 50. miliaria protensum in mare, ubi adeò saxa & procellosa erant undæ, ut navigantes viderentur persequi: unde Virg. 5. *Æneid. Malææq; sequacibus undis.* vide Plutarch. in Arato. Strabon. lib. 13. Symmach. lib. 8. ep. 60. Statius 2. Theb. v. 33. *Quâ formidatum Malæa spumantis in auris* It caput, & nullos admittit culmine visus. Et lib. 7. v. 16.

— *Et rauca circumtonat irâ malæa.* Achill. 1. v. 407. *Nec undisona quos circum umbo Malæa.* Seneca Medea v. 149. *Malæa longas navibus floctens moras.*

v. 260. **FRAGOSÂ**) *Fragosus*, asper, praruptus. Lib. 2. v. 622. *Pariumq; insame fragosis Exuperant Phthiamq; vadis.* Et v. 198. *Nimbus & luce fragosâ Prosequitur polus.*

v. 261. **NIMBO**) Ita appellat ingestas confertim cæstibus plagas: Multitudinis enim atq; copia: significationem tenet. Ammian. lib. 20. *Sagittarum nimbi crebrius volitantes.* Florus lib. 3. c. 8. *Ingenti lapidum saxorumq; nimbo classem operuere.* Prudent. Plochmach. v. 128. — *Fortis ad omnes telorum nimbos.* Virg. 7. *Æn. v. 79. nsequitur nimbus peditum.* Vide infra lib. 5. v. 607. & lib. 6. v. 86. Ita & *Imber* usurpatur. Prod. 3. *Cathem 4. 78. Arber onus tremefacta suum Deciduo gra-  
vus imbr. pluit.* Galter. lib. 5. v. 23. *Missiliumq; frequens Regem circumvolat imber.*

v. 261. **PRÆCEPS AGIT**) *Æneid. 5. v. 456. Præcipi-  
temq; Davem ardens agit æquore toto.*

v. 264. **VIGILILLEMETU**) Confer Lipsium 2. Saturn. c. 20.

v. 270. **SECAT ÆQUOR**) Supra lib. 2. v. 2.

v. 284. **FUMANT CREBRO PRÆCORDIA PULSU**)  
K Metam.

Metam. 10. v. 643. *Aridus à lassò veniebat anhelans ore.* Nonnus lib. 30. v. 64. *Ἀῖθ' ἐρημάτων βεβηκῶσιν αἰδέμα πταίνει.* Infra v. 275.

v. 285. AVIA RESPONSANT ) Lib. 3. v. 595. — *Per longa reclamat Avia: responsant silva.*

v. 285. PERVIGIL UT CUM FULMINA CYCLOPS PROSUBIGIT ) vide Virg. 3. v. 416. & seqq.

v. 288. DEXTRAMQ; MINATUR ) Eleganter hæc illustrantur ab eruditissimo Salmasio, Notis in Spartanum p. 59.

v. 291. CONCLAMANT SOCII ) Id Theocrito in Diescur. v. 92. est *ἑρπύσενον*. Ita apud Ovid. 10. Metam. v. 636. Hippomeni:

— *Adjiciunt animos clamorq; favorq;  
Verbaq; dicentum: Nunc nunc incumbere tempus  
Hippomene propera, nunc viribus utere totis,  
Pelle moram, vinces!*

Huc pertinet illud D. Hieronymi epist. ad Demetriadem de servandâ Virg. *Equorum cuius favore pervicior fit: pugilum fortitudo clamoribus incitatur: paratas ad pralium acies, strictosq; mucrones, sermo Imperatoris accendit.*

v. 293. DETONAT ) Schott. 2. observ. c. 2. interpretatur, *tonare desinet*. Sed ego non sum credulus illi: Vide supra v. 204.

v. 295. NULLÒ DISCRIMINE SESE PRÆCIPITANS ) Confer Lipsium 3. polit. c. 7.

v. 296. OVANTES ) De hoc verbo Camerar. cent. 1. Medit. hist. c. 77. Mox v. 341. *Latus ovat*. lib. 1. v. 812. lib. 2. v. 507. 545. lib. 3. v. 691. lib. 5. v. 68. vide infra lib. 5. v. 187.

v. 304. REVOCARE GRADUM ) Lips. 2. Saturni. cap. 20.

v. 307. TEMPORA MANANT ) Theocrit. Diescur. v. 114. *ἐν δὲ χρόνῳ μέλτων οἴμα ἰούσας, κερτίφωσ χροόντ.*

v. 309. ARTU) Ex hoc patet illorum error, qui so-  
lūm pluraliter inflecti volunt; cum etiam Lucanus di-  
xerit: *Nunc omnis palpitat artus*. Mafser.

v. 314. ADEMTI) I. occisi. V. N. I. pont. 10. v. 41.

v. 320. ANNOSI VELUTI SI DECIDAT OLIM  
PARS ERYCIS) Lib. 6. v. 383. *Tunc ruit, ut montis la-  
tus, aut ut machina muris*. Virg. 5. Æn. v. 448. *Con-  
cidit, ut quondam cæva concidit aut Erymantho, Aut Idæ  
in magnâ radicibus cruta pinus*. Galter. lib. 5. v. 69.

————— *Tantumq; dat icta fragorem;*

*Quantus, ubi annosam, sed adhuc radice superbam,  
Montibus evellit Borea violentia quercum.*

v. 325. FESSASQ; ATTOLLERE PALMAS) *Attol-  
lere palmas* dicitur ut *levare manum* & *κρησσειν χερας*  
Heliodoro: quod est manum hominis fessis sustentare  
& quasi Scipionis vicem se supponere. Salmas. in  
Notis ad Capitolin. p. 67.

v. 329. DUMQ; EA DICTA SERUNT) Ita rectè legi  
autumot: & consentientem habeo Zinzerlingum inge-  
nuosissimum, Promulf. Crit. c. 20.

v. 333. ET VIRIDI CONNECTIT TEMPORA  
LAURÒ) Virg. 5. Æn. v. 539. *Cingit viridanti tempora  
laurò*. Coronat autem Castor Pollucem coronâ victri-  
cæ; de quâ Paschal. lib. 7. Coron. c. 5.

v. 345. JO) Ovid. 1. Metam. Marcellin. lib. 22.

v. 358. RENIDENTI) *Supta v. 233. Ore venidenti li-  
frans obit.*

v. 360. PRIMÆ REFERENTEM CORNUA PHœ-  
BES) *κεραίνης ημιστόμης ἄτε χόκλας σιλήνης*. Theocrit. in  
Europâ.

v. 365. CUSTODEM PROTINUS ARGUM) Ovid. 1.  
Metam. v. 622 Hygin. fab. 145. & lib. 2. p. 69. b. Fulgent.  
mythol. 1. p. 133 Argo Theocritus Idyll. 20. v. 56. tribuit  
*ἰφθαλμὸς ἀκοιάντας*. Nonnus lib. 2. v. 83. & lib. 31. v. 215.  
& lib. 8. v. 57. Joh. Saresber. lib. 1. politr. c. 6. Prov. Argo  
oculator.

v.367. LUMINA NON ALITER LUCENT CUI VER-  
TICE) Zinzerling. ibid. in Diatriba poster p.201.

v.367. QUAM SI LYDA NURUS SPARSÔ) Statius 1.  
Achill. v.304.

————— *Fax vibrata medullis*

*In vultus atq; ora redit, lucemq; genarum  
Tinguit, & impulsam tenui sudore pererrat:  
Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant  
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur ostrô.*

v.374. REBOANS HYPERIA ) vide Rurgerfium  
eruditiss. lib.3. var. lect. c.1.

v.386. QUOQ; , AIT, HINC DIVERSUS ABIS) Æn.  
5. v.166. *Quò diversus abis?*

v.388. LUMINA CUNCTA NOTAT) Æneid.3. v.515.  
*Sidera cuncta notat.*

v.389. HARPEN) Lib.7. v.364 *Stygius duratam fontis-  
bus harpen.* Lucan lib. 9.

*Et subitus præpes Cyllenida sustulit harpen;  
Harpen alterius monstri jam cade rubentem,  
A Jove dilecta suso custode juventa.*

Ibi Sulpitius, Harpen Cyllenida exponit incurvum  
Mercurii gladium. Ovid. 1. Metam. v.716. *fulcatum  
ensem dicit.* Et alibi: *Brachia tendentem Cyllenida  
conficit harpe.* infra lib.5. v.69. *Vertit in hunc harpen  
madesactam cade Medusa.* Lib.6. v.375. nomen est  
amazonis: — *Jamq; ibat in Harpen.*

391. TARTAREO ULULATU) Elifio præterita hæc  
est, per hiatus. Ita Virg. ecleg. 2. *In Actæo Aracyn-  
the.* Ecl.3. v.6 *Et succus pecori & lac subducitur agnis.* Et  
v.63. *Minera sunt lauri & suave rubens hyacinthus.* Ecl.  
5. *Duo altaria Phæbo.* Ecl.7. *Stant & juniperi & casta-  
nea hirsuta.* Ecl.8. v.41. 44. 108. Ecl. 10. v.12. 13. Plura  
exempla notavit diligentiss. Barthius lib. 20. c. 18. &  
ad Calpurnii eclogam 5. v.12. vide Poet. Giffen. lib. 2.  
c.1. p. 164.

v. 400. CEU STYGA) ὡς αἶδαο πύλαι.

v. 405. PALEARIA) Glos. *Palearia*, ἐπιδοραπὲς Ἑτραχίλων βόες. Et alt. τὸ ὑποκάτω Ἑτραχίλων Ἑ βόες κρεμάσαν δέσμι, *palearium*. Et, δῖσμα τὸ ὑπὸ τὸν Ἑτραχίλων τῶν βοῶν Ονομαστ. πρὸς ἑστῆ.

v. 406. VOLAT PRÆCIPERE) Græc *simus bonis in autoribus passim obuius*. Vide Barthium πρὸς ἑστῆ ad Rutil. lib. 1. v. 208.

v. 408. TOTÔ GURGITE TORRENS AGIT) Supra v. 262. *Torrenti praeceptis agit undiq; nimbo*.

v. 417. PERSONA) ἡ ἀειχμηθῆσα. Ita Petronius: *Verno persona cantu*. Statius l. Achill. v. 208. *Littora persona ludo*.

v. 417. SISTRO) Apulejus XI. *Metam. Salmuth. ad Panciroll. p. 26. V. N. I. pont. i. v. 38*.

v. 420. IMMISIS AURIS) Lib. I. v. 692. *Volat immisissis cava pinus habenis*.

v. 427. TYPHONIDIS MARYÆ) Infra v. 315. *Implorans clamore patrem Typhona nefando*. videatur Joh. Bapt. Pius annot. post. c. 148. VII. g. 3. *Aeneid. v. 211. Gyrard. hist. deor. Syntag. 6. p. 204. Palaphat. lib. 1. Fulgent. mythol. 1.*

v. 454. FRAGRAT ODOR) infra v. 592. *fragrat acerbus odor*.

v. 457. IN LUCE MORAS) *Lux*, pro vitâ metaleptice. Lib. 6. v. 560. *Hic ille animam lucemq; rependit crudelis*. lib. 7. v. 412. *Forjne aliquam spem lucis? ait. v. 486. Pro te lucem quoq; lata relinquam, v. 492. Quis mihi lucis amor? Vide Zehner. cent. 2. adag. 46. Meul. ad Lyceph. p. 286.*

v. 464. CALAIS ZETESQ;) Hygin. fab. 14. & 19. Ovid. 6. *Metam. circa finem. Pindar. pyth. 4. Gyrard. hist. deor. Syntag. 6. p. 204. Supra lib. 1. v. 468.*

v. 466. PHINEUS) V. N. in Ibin.

v. 467. DILECTE) *Antiptosis*, pro *dilectum*. Vide Supra



supra lib. 1. v. 392. Aufon. Popmam lib. 2. de usu antiq.  
locut. c. 2.

v. 469. EXEDIT LABOR ) Lucret. lib. 3 v. 1008.  
Exeat anxius angor. Supra lib. 2. v. 137. Exesam curis.  
Statius 2. Theb. v. 319. Excedere animum dolor iraq; de-  
mens. vid. lib. 2. v. 137.

v. 469. MISERIS FESTINA (ENECTUS) ἀΐψα ἔ  
ἐὸ καλότι βροτοὶ κατὰ νόσους ) inquit divini vates  
ingenii, Odyl 7. vide Ovid. I. pont. 5.

v. 470. MITTE PRECES ) pro, omitte. Terent.  
Adelph. 3, 2. Lacrimas mitte. Et 2. 4. Omitte verò  
tristitiam tuam. Et 5. 3. Mitte ma' edicta omnia. Infra

v. 488. VESCIQ; JUBENT AC MITTERE CURAS. lib. 5. v. 286. Di-  
mitte metus. Lib. 8. v. 108. Dimittite moras.

v. 471. IRA DEUM ) Lib. 3. v. 222. Ea gaudia fingit  
Ira Deum. infra v. 473. ira Tonantis. v. 579. Ira Jovis.

v. 472. SUS TULIT HIC GEMINAS ) Supra lib. 1. v.  
80. & lib 3. v. 436.

v. 472. HIC ) pro tunc. Priscian. lib. 15. p. 1020. infra  
v. 681. Hic Juno praeceptq; ex aethere Pallas insiliunt.

v. 478. FATA LOQUAX ) Hygin. fab. 19. Sic verò ἐὸ  
Sisyphus & Tantalus, quòd Deorum secreta divulgasset,  
ille quidem ad lapidem, hic ad perpetuam famem conde-  
mnatus est. Pausan. in Corinth Diodor. Sicul. lib. 4.

v. 504 STANT FIXI ) attoniti. Ira lib. 7. v. 82. Maftra  
stabat desexus in irà.

v. 505. PALANTIA MONSTRA ) i. oberrantia &  
volitantia in aere. Est enim palari, vagari, huc illuc  
agitari, πλάζεσθαι. Glos. Palatur, ῥεμβοσται, ῥεμβομαι,  
vagos, erro. Onomast. Palor, aris. ἄφροσται. Lucret.  
lib. 2. palantia sidera.

v. 506. SIC UBI PRORUPTI VESEVI ) supra lib. 3.  
v. 207.

v. 507. IGENEA MONTEM TORSIT HIEMS ) Boeth.  
lib. 1. met. 4.

*Nec ruptis quoties vagus caminis  
Torquet fumificos Vesuvius ignes.*

Stattius 3. Silv. catm. 9. v. 72.

*Non adèd Vesuvinus apex, & flammea diri  
Montis hiems, trepidas exhausit civibus urbes.*

v. 512. STROPHADAS) Interpres Apollonii in mari  
Siculo, Hygius in Ægeo, Virgilius & hic Valer. in Jonio  
ponunt. Neand. in Orbis terræ descript. p. 338.

v. 516. ΙΜΑΪ; SUMMIS MISCHIT) Ovid. 7. Metam.  
v. 277. *Omnia confudit, summisq; immisuit ima.* Non-  
nus lib. 2. v. 272. *ἦεν ὑψέου γαίην, ἴδωρ πύελι πάντων ἰ-  
δύμω.* Et v. 275. *ἦνα πύελι κασιόσση.*

v. 530. CEU DULCIS IMAGINE SOMNI) Quæ in-  
sperat contingunt, velut Somniasse dicimur. Livius  
de Græcis lib. 33. ab U. C. cum præconem audirent  
pronunciantem, populum Romanum ipsis restituere  
libertatem: *Majus, inquit, gaudium fuit, quàm quèd  
universum homines caperent; vix satis credere, se quisq; au-  
dire, alii alios intueri mirabunde, velut Somnii vanam  
speciem.* Adi Rittershus. ad Oppian. Hal. I. v. 36.

v. 532. BACHILATICES) I. vinum. Periphrasis, ut  
modò v. 531. *honorem Cereris, Larex absinthii, absin-  
thium, Lucret. lib. 1.*

v. 538. LABORES) I. mala, difficultates. Ovidio  
trita vox. 4. Trist. 7. *Nunc erat, ut posito deberem sine la-  
borum vivere.* ibid. 10. *Ergo quòd virvo, durisq; labori-  
bus obsto.* 5. Trist. 6. *Lingua faxens adsit, nostrorum oblit-  
malorum.* Et alibi.

v. 544. HOC MAGIS ANGUNT PROXIMA) Enno-  
dius panegyri. *Vincitur humana mentis astoritas prævi-  
sione discriminis: labescit fortium conscientia, quoties for-  
midanda oculis ingeruntur.*

v. 547. VITTAS) Zinzerling, promulsi. Critic.  
cap. 51.

v. 547. LAURUMq; CAPESSIT) Supra lib. I. v. 109. Meur. ad Lycoph. p. 357.

v. 554. AD SIDERA TOLLIT) Proverbialis hyperbole, pro summis efferre laudibus. Cicero lib. 10. epist. 16. *Quibus (laudibus) te omnes in calum jure obverè ferunt.* Pro Archia: *In calum hujus proavis tollitur.* Vide Erasmi lib. 1. de Copia e. 130. & prov. *In caelo sum.*

v. 563. VINCLA MUNDI IMA LABANT) Mox exponit: *tremere solum.* πνδρμα κόσμου vocat Nonnus lib. 2. v. 258.

v. 567. MENTIMq; DABUNT) Supra v. 124. *Audet fiducia nostri Nate animos.* lib. 1. v. 41. *Datq; animum.* lib. 6. v. 179. *Animos auget.* v. 289. *pectora suggere.*

v. 577. NEC SPE SOLABOR INANI) κενών ᾧ ἐλπίδων χαίροντες τίλει, ait Pindarus.

v. 579. VOX HÆC SIMUL ACCIDIT AURES) Sic legendum. s. Gifan. Ind. Lucret. p. 300. Apulejus lib. 5. *Iamq; provec̄tâ nocte, clemens quidam sonus aures ejus accidit.* ibid. *Tunc modulata multitudinis conferta vox, aures ejus adfertur.* Vide supra lib. 12. v. 451.

v. 582. STETERINT IN GURGITE MONTES) Infra lib. 7. v. 195.

v. 591. ANIMOS ACCINGE FUTURIS) *Præcogitat mali mollis ictus venit.* Seneca lib. 10. epist. 77. Videatur D. Bernhardus lib. de modo benè vivendi. Serm. 45.

v. 593. ILLIC ACHERON) Ammian. Marcell. lib. 22. Pompon. Mela lib. 1. p. 34. infra lib. 5. v. 73.

v. 597. NON-UNO) *Non-unus pluralitatem denotat.* lib. 6. v. 615. *Nec cado moratur in-unâ turbidus.* lib. 8. v. 186. *Funderet non-uno quem flumina cornu.* v. 307. *Non-una Minya formidine surgunt,*

v. 598. CARAMBIN) Ammian. Marcell. lib. 22. infra lib. 5. v. 107. lib. 8. v. 214.

v. 599. IRIS) Ammian. ibid. Infra lib. 5. v. 110. lib. 8.

v. 599. ANCON) Ammian. inibi. Infra lib. 5. v. 120. lib. 8. v. 116. Vechner. lib. 1. hellenolex. c. 2. *Ancon*, ἀγκών, cubitus: per metaphoram loca, quæ in mari excurrunt, ut cubiti vicem præ se ferre videantur. *Ancones* dicuntur. Ovid. 15. Metam. — *Et Spissi littoris ancon*. Valerius hic.

v. 600. THERMODON) Ammian. lib. 12. Ovid. 4. Pent. 10. infra lib. 5. v. 121. Nonnus lib. 26. v. 263. & lib. 19. v. 198.

v. 601. MAGNOÛ; EXORTA GRADIVO) Lycophron *Amazonas* facit *Neptuni filias*, nominans *πυρρῆς πεπτεῦιδας*. Isocrates in Panegyri. & Philostrat. ἰππικαῖς, & hic noster, *Martis*. Servius ad *Æneid*. XI. *Amazones se parente Martenatas gloriant* solebant. Meurf. ad Lycoph. p. 314.

v. 601. GRADIVO) *Marte*: vel quia gradatim & per ordines eatur in bellum: vel à verbo *καρδαίνειν*, quod est vibrare: quod in bellò hastæ vibrentur. Scholiast. Juvenal. sat. 2. Gyrald. hist. deor. Syntag. 10. p. 305. Glos. *Gradivus*, *καρκαῖος ἄρμας*. Primam hæc dictio habet ancipitæm. Corripitur hic, & infra lib. 5. v. 649. *Irridens strepitumq; minasq; Gradivi*. Producitur, hoc libro v. 280. *Fixasq; silet Gradivus in hasta*. Supralib. 3. v. 497. lib. 5. v. 112, 142. 251. 517. lib. 8. v. 228. lib. 6. v. 1.

v. 603. INSULTET) infra lib. 6. v. 596. *Quantisq; insultet acervis*. lib. 5. v. 611. *Quibus exultet Mavoria turms*.

v. 603. ENYO) Eadem, quæ Latinis *Bellona*, dea belli & armorum, soror & conjux *Martis*: per antiphrasin sic vocata, quasi minime *ένουῖς* sit. Frischlin. ad hym. 2. Callimachi p. 211. Gyrald. hist. deor. Syntag. 10. p. 309. Oppian. 2. Cynæget. *Θέων ἀνέστη & Ένωῖς*. Hinc *ινούλι* dictus est Mars. Apud Callimach. *Ζωστήρες ένουῖς*, dicuntur bellatores. Rittershuf. ad

Oppian. p. 53. Nonnus lib. 7. v. 30. — γαῖαν ὅλην ἐσπρησεν Έννω, terram universam astrò percussit Bellona.

v. 604. DIVA Q; GORGONIBUS GASTRIX IN NUBA MONSTRUM) Martian Capella lib. 6.

Pectore saxificam dicunt horrere Medusam;  
Quòd parvidum stupidet sapiens solertia vulgus.  
Supra lib. 2. v. 97. infra lib. 6. v. 175.

v. 610. GENS CHALYBUM) Pompon. Mela lib. 1. Ammian. lib. 22. Et Chalibes, per quos erutum & domitum est primitus ferrum. infra lib. 5. v. 140. Meurs. ad Lycoph. p. 296. Læl. Bisciola T. 1. H. S. lib. 1. c. XI. Becman. Orig. lib. 6. v. 343. ponitur pro telo, quod ex chalybe:

— It medium per pectus & horrida nexu  
Lethifer ara chalybs.

Lib. 5. v. 540.

Namq; virum trahit ipse chalybs.

v. 613. HOSPITII QUI S NULLA FIDES) ἄξινοι, ἢ καὶ χόξενος. Ammian. Marcellin. lib. 22. Læl. Bisc. T. 1. H. S. lib. 10. c. 20. Secus verò Lycus, de quò supra v. 588.

v. 615. PHASIDIS) Ammian. ibidem lib. 5. v. 179. & 204. Schol. Apollonii ad lib. 2. p. 181. b. & 182. a.

v. 620. NEC SOLIS VIRIBUS ÆQUUM CREDERE) Benè enim Horatius 3. Carm. 4. Vis consilii expers molitur sua. Nec est diuturna possessio, in quam gladio induimur. Curt. lib. 8. At contra,

Vim temperatam DI quoq; provehunt.  
In majus.

Temperatam dico, prudentia mixturâ. ῥώμη ἢ μὲν φρονησεως, ait mellitus Orator Isocrates ad Demonicum, ἀφιλησεν. αἰσὸ δὲ ταύτης, πλεία τὲς ἔχοντας ἐβλαψεν. Lips. 3. pol. c. 1.

v. 621. SÆTE ACRI POTIOR PRUDENTIA DETRAXIT) Oraculum non insolens effatus est ille vates: τὰ φῶν ἢ ἐν ἐλάδω μὲν πρὸς πολλὰς χεῖρας νικᾷ: Mens una sapiens;

piens, plurium vincit manus. Quod & à Galeno est usurpatum in exhortat. ad bonas artes, & Polybio lib. 1. Stob. ferm. 51. Phocylides ; βέλτερον ἀλκήεντος ἔφου σπουδαίου ἀνός. *Melior est sapientia, quam vires ; et vir prudens, quam fortis.* Sapient. 7. Tiraq. connub. 1. p. 51. & seqq. Reufner. clas. 3. symb. 8. & 26. Rittershus. ad Oppian. 2. Hal. v. 53. Barthol. Cassan. in Catal. gloria mundi, parte 9. confid. 49. p. 351. Comment. Te- rent. p. 251. Probè Palingenius in Cancrò.

*Ingenio vires cedunt, prudentia victrix.*

*Cuncta domat.* —————

*Viribus ingenium moderatur cuncta ministris.*

v. 645. GELIDÀ FORMIDINE) Supra lib. 3. v. 74. & 576. lib. 4. v. 225.

v. 649. INGENTESQ; MINÆ) Aristot. 3. Ethic. 7. ἡ δ' ἀρεσείας, ὡς πειθεῖς καὶ βελόμοροι ἐπὶ τῶν κινδύων, ἐν ἀντιπῆσι δὲ ἀφίσι μῦτον.

v. 653. CORRIPIT ABIECTI REMUMQ; LOCUMQ; PHALERI) Supra v. 193. Gruter. in Discurs. ad Tacit. parte 1. p. 130.

v. 653. ABIECTI) *Abiectus*, sæpe vilem, atq; contemptum habitum significat. Apulejus lib. 7. *Nec me putatis abiectum vel egenum, neve de pannulis istis virtutes meus asserim.* Barth. lib. 25. c. 5. & ad Claudian. in 3. Consul. Honorii v. 67. potes etiam accipere hic, *pro, remoti.*

v. 659. FLAMMA EXPRESSO BIS FULSIT IN IMBRI) Achilles Tacitus lib. 3. de Clitoph. & Leucip. amor. πῦρ μὲν ἀπὸ ἀντῆς ἵπταται, καὶ αὐτὴ δὲ βροχτῆν ἐρενός, καὶ τὴν αἴερα γερμίζε βομβῶν.

v. 651. TENEBRAS NIMBOSQ; INTERMITAT IGNIS) Virg. 8. Æn. v. 392. *Igne rima micans percurrit lumine nimbos.*

v. 663. PAVOR ORA VIRUM OCCUPAT) Supra

Supra v. 638. *Stant ora metu*. lib. 6. v. 398. *pavor occupat ingens*. v. 480. *Pavor artus Prosinus atq; ingens Ætæidæ perculit horror*. Lucan. lib. 1. v. 246. *Diriguere metu, gelidus pavor occupat artus*.

v. 665. PUPPEM VESTIT) I. obruit, obtegic. Eadem usus translatione est supra v. 508. *Ætas cinis induit urbes*. Tortam autem Saravi fluminis vestem dixit etiam Ausonius. in Mosellâ v. 368.

v. 668. PENDET MAGNIS FAVOR ORTUS AB AUSTIS) Trahendū huc est verba Senecæ, lib. de vitâ beata c. 20. *Non est, quod contemnas bonis cogitationibus plenâ præcordia. Studiorum salutarium, etiam citra effectum, laudanda oratio est. Quid mirum, si non ascendunt in altum? Ardui aggressus ad virtutes, suscipere; etiamsi decidunt magna conantes. Generosa res est, respicere non ad suas, sed ad naturæ suæ vires: conari alta, tentare: & mercede majora concipere, quàm etiam ingenti animo adornatis effici possint.*

v. 669. VIRGO) Minerva. lib. 5. v. 280. *Summi virgo Jovis*. v. 282. lib. 3. v. 87. lib. 6. v. 396. V. N. ad Prud. hym. in Agnetem. Gyrald hist. deor. Syntag. XI.

v. 678. RECTOR) V. N. i. Trist. 2. v. 31. lib. 5. v. 14. 54. 69.

v. 678. PERMISSIS HABENIS) Lib. 1. v. 692. *Volat immixtis cava pinus habentis*. Lib. 6. v. 271. *Fugit adductis Albanus habentis*. supra v. 420. *Immixtis auris*.

v. 695. OBSESSUM SCOPULIS) Statius 9. Theb. v. 490. *Quid faciat bellis obsessus & undis? Seneca Herc. Fur. v. 1111. Pectora iantris obsessa malis*. Troade v. 987. *Nunc cunctis mihi obsessa videor cladibus*. Iterum Statius 2. Silv. carm. 6. v. 44. — *Obsessa nondum primo micantes Flore gena*.

v. 701. AMPLEXIS) πικτήναις: ut infra v. 751. *altus*. Videatur Barthius lib. 25. c. 7.

v. 701. LUMINIS ORIS) *Oras luminis*, nominat vitæ regio-

regionem. Arnob. lib. 2. *Antequam Tages Thusca  
nas contingeret luminis.*

v. 710. AD SUBITAM STUPERE RATEM) Ita  
Claudianus:

————— *Stupere superba  
Arte viri domitæ Symplegades.*

Arienus in Periegesi:

*Huic mirante salo, quondam sese intulit Argo*

*Theſſala, & innantem stupuerunt aquora Cymbam.*

v. 716. CONGERIT) Supra v. 305. *Crebros & liber  
ungerit icētūs.* Lib. 6. v. 629. *Supremos misero sic fatuus  
honores congerit.*

v. 717. SEPTENGEMINI ISTRĪ) Ovid. 2. Trist. v.  
189. *Ingressus septemplex Iſtri.* Ibi vide Notas.

v. 718. LYCUSQ; HYPANISQ;) Ovid 4. Trist. 10.  
Scholiaſt. Apollonii ad lib. 2. p. 189. b. & ad lib. 3. p.  
213. a.

v. 720. FLUMINE ÆSIC AGMINE FREGIT AMA-  
RIVIM SALIS) Vide Ovidium ibidem.

v. 721. SALIS) V. N. ad Hilarii Geneſin v. 43. *Eſtq;  
vis Salis, periphras, ut Æneid. 7. vis aqua.* Supra v.  
697. *flumina Rhebe.* v. 615. *Phaſidis amnem.* v. 721. *Bo-  
rea aura.* v. 723. *urſa rigor.* lib. 5. v. 516. *regis ira.* v. 572.  
*ora Æacidem.*

v. 721. BOREÆ GLACIANTIBUS AURIS) Ovid. 3.  
Trist. 10. *Caruleos ventis latices durantibus.*

v. 727. SCYTHICUM ARCUM) Ammian. Marcellin.  
lib. 22. *Inſpeciem Scythici arcus, nervo edagmentati. Et  
ibid. Id admonentes, quod cum arcus omnium gentium  
flexis curventur haſtilibus, Scythici ſoli vel Parthici, cir-  
cumductis utrinq; introrſus pandis & patulis cornibus, ef-  
figiem Luna decreſcentis oſtendunt, medietatem recta & ro-  
tunda regula dividente.* Adi Lipſium. *de Davudnor.*  
4. Polioret. c. 6. Scalig. ad Manil. p. 357.

v. 730. VERNIS CUM LUX ÆQUATA TENEBRIS)  
Æqui-



Æquinoctium vernum designat; de quo Ovid. 3. Trist.  
12. Nennus lib. 38 v. 269. & seqq.

v. 735. AT PROFERAT LYCUS) supra v. 588.

v. 739. HAUT TEMERE EST) Comment. Terent.  
p. 382.

v. 745. ACCENSUS) supra v. 254. *Incesa mente fe-*  
*vuntur.*

v. 751. I. ULTUS) *παρρησιῶς*. Cicero lib. 12. epist. 23.  
*Neg, enim qua tu propter magnitudinem animi & ingenii*  
*moderate fers, à te non ulciscenda sunt, etiamsi non sint de-*  
*lenda. Vide παρρησιῶς Barthium lib. 34. c. 16. Vech-*  
*ner. lib. 1. hellenoic. c. 15.*

v. 751. QUAM LEGE QUOD OCCIDIT ULTUS  
IPSE SUA) *Neg, enim lex justior ulla est, quam necesse*  
*artifices fraude perire sua: ut canit Ovid. 1. de arte v. 657.*  
*Nec longè diverit ab his Romanus Sapiens lib. XI.*  
*epist. 82. Mala exempla recidunt in auctores, nec ulla mi-*  
*seratio contigit his, qui patiuntur injurias, quas posse fieri*  
*faciendo docuerunt. V. N. in Ibin v. 400. Camerar. hist.*  
*medit. cent. 1. c. 98. & 99. Rittershus. ad Oppian. 3.*  
*Hal. v. 384. Boch. ad Psalm. 7. Reusner. clas. 1. symb. 29.*  
*& clas. 2. symb. 33.*

v. 758. MËDIS INEUNT CONVIVIA TECTIS) Æn.  
1. v. 647. *Medisq, parant convivia tectis.*

A D

LIBRUM V.

VERS. 2. MORBIS FATISQ; RAPACIBUS  
IDMON) De ejus morte discrepant. Se-  
neca in Medea v. 653. à serpente icturn  
interisse scribit. Scholiastes ad Apollonii  
v. 139. lib. 1. p. 121. b. *ἀναπέτρας*, inquit, *ἰδμωνὸν ἐν Μαε-*  
*ωνδωλίᾳ δὲν ἀέρις.*